

JOSEPHI  
GIBALINI  
E SOCIETATE IESV  
THEOLOGI,  
DE SIMONIA  
VNIVERSA TRACTATIO  
THEOLOGICA ET CANONICA.


IN QVA INNUMERÆ QUESTIONES DE SACRIS

Functionibus, Sacramentorum administratione, Missarum stipendiis, dotibus Monialium, Collatione, Resignatione, & Commutatione Beneficiorum,

AD USVM VTRIVSQUE FORI DILVCIDE,  
& ex certis principiis explicantur.



Num. 47.  
Cax. . 4.  
num. 11.



LUGDVNI,

Sumpt. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAUDI  
& CLAUDII RIGAVD, in via Mercatoria.

Del Diego de la Frontera de Ns M. DC. LIX.  
Cum Privilegio Superiorum  
de Salamanca y de su Bordeña

Diego el Diego de la Frontera Kersado



ILLVSTRISS. REVERENDISSIMOQVE  
DOMINO D.  
**CAMILLO DE NEUVILLE,**  
ARCHIEPISCOPO ET COMITI  
Lugduncensi, Galliarum Primati,  
ET APVD LVGDVNENSES, FORESIENSES  
ac Bellijocenses Protegi.

**B**Ecens detractas monstro veteri manubias trophæis tuis affero, Archipræsul & Prorex Illustrissime, coruam Ecclesia cunis tibi siffo furiam, sed inermem, & olim ab ipso orbis Catholici capite prefocata. Renata est tamen iterum suo è cinere, ut flamas spargeret bustum facturas sacris mysteriis; Vaticano sepiùs percussa fulmine, nondum extincta est; suoque toties nascitura est è funere, quoties contigerit diuina humanis, terrenis caelestia扇erari. Beneficam & profusam Dei manum, parcam penè efficit cum vanalem, tantumque detrahit Numini pretij, quantum in speciem pluris facit. A mago cum dimanauerit, quid mirum suis tot implicuisse capita præstigii? & sanè nulla delicatior magia species, quam qua Deum è



JOSEPHI  
GIBALINI  
E SOCIETATE IESV.  
THEOLOGI,  
DE SIMONIA VNIVERSA  
*Tractatio Theologica & Canonica.*



N F A M E M Simonia labem ab ipsis  
nascentis Christiana Ecclesia incuna-  
bulis cum suo authore Simone damna-  
uit Petrus, & subinde per varias  
states infalici germine sobolescentem  
consequentes Romani Pontifices, &  
sacra Synodi suis edictis confixere.  
Pestem enim, qua sua contagione plu-  
res inficiat, dixit Lucius cap. sicut 1.

de Simonia, quæ mox ut eius aliqua signa claruerint, ab Ecclesia  
eliminari, & perpelli debeat. *Concilium Toletanum octauum cap. 3.*  
V sitatum malum maiorum frequenter mucrone succisum, &  
rem, quæ tot excisa decretis, arescere potuit, ad vicem  
Lernæi capitis truncata virescit: quarè tanquam vulneri can-  
ceroso ignitum ferrum injicere Magni illi Patres se velle denun-  
tiant. *Quod decretum Anselm. lib. 6. cap. 85. refert, & Iuo ex parte*  
*part. 5. cap. 83. quod male Gratian. i. q. i. cap. Reperiuntur, Am-*  
*brofio in suo Pastorali attribuit, cum apud Ambrosium nihil eiusmodi*